



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando Sanctiſ. Eucharistiæ ſacramento in plateis occurrimus. Exerc. 41

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Gratiarum actio.

GRatias agemus Deo, pro ingentibus illis beneficijs in proxima cōsideratione contentis.

Confusio.

ERubescemus: quod tam negligentes & pigri simus in visitandis templis, quodque tam irreuerenter & indeuote in ijsdem nos geramus.

Petitio.

PEtemus à Deo, specialem aliquam gratiam, qua tum maximè indigerimus, idque per intercessionem & merita eiusdem Sancti, cui Ecclesia dedicata est.

Oblatio.

Offeremus Deo, omnia illius sancti merita de cuius nomine templum appellatur: diuinamq; maiestatem pro donis atque gratijs eidem concessis laudabimus & glorificabimus.

*Quando Sanctissimo Eucharistia
Sacramento in plateis occurrimus.*

Exercitium 45.

Bar. 3. In terris visus est, & cum homini-

buz

bis conuersatus est.

Ezech. 34. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suam.

Ibid. Ego pascam oues meas, & ego accubare faciam dicit Dominus Deus: quod perierat requiram: & quod fractum fuerit alligabo: & quod infirmum fuerit consolidabo: & quod pingue & forte custodiam:

Marc. ult. Ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Consideratio.

Considerabimus Dei bonitatem, qui non contentus in mundum venisse, & inter homines vixisse: illosque doctrina & exemplo suo instruxisse: etiam gloriosus ad dexteram Patris in coelis residens, inter homines in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, morari dignatur: atque illos visitat, dedesque ipsorum ingreditur, vt eis dona sua impertiatur.

Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo, pro singulari beneficio, in præcedenti consideratione contento.

Confu-

Confusio.

PVdore effundemur; quod tam ingrati simus Deo pro tanto beneficio, nec illius ullam memoriam habeamus: quod etiam in amore atque peritio optimi & liberatissimi huius Domini, tam imbecilles accipidi simus.

Petitio.

ROgabimus Deum, vt corda nostra, visitet sua gratia, & per illam eiciat e cordibus nostris omnem inordinatum affectum, cunctaque oculis Diuinæ Maiestatis suæ displicentia. Precabimur etiam Deum, pro infirmo, ad quem sanctissimum Eucharistiæ sacramentum deferretur.

Oblatio.

Offeremus Deo Patri, benignitatem, clementiam, & liberalitatem dilectissimi filij sui, qua in homines usus est: glorificabimusque pro illa Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.

Quand